UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Secunda secundae Summa Theologiae

Thomas <von Aquin, Heiliger>

Venetiis, 1593

3 Vtrum in superfluitate ludi possit esse aliquod vitium.

urn:nbn:de:hbz:466:1-72772

Visual Library

¶ *Super Quæſtionis 168 Articulum tertium.*

IN ar.3. eiuſdem q.168. dubia occurrunt circa exceſſum ludi Et primum eſt dubium circa illud, Exceſſus ludi eſt peccatum mortale, qñ cauſa ludi vtitur quis turpib. verbis, vel factis. Vr̄. n. hoc falsũ, tũ quia turpiloquiũ non eſt ex ſe peccatum mortale, & ſi cauſa ludi addatur, non fiet etiam peccatum mortale, & eadem eſt ratio de turpibus factis. Multa enim ſunt turpia facta, quæ nõ ſunt ſm ſe mortalia, quibus ſi apponatur, ꝙ fiant cauſa ludi, non fiunt mortalia, cum finis iſte non dicat ſecũdum ſe ſpeciẽ mortalis peccati, ſed potius alleuiet multa, quæ ſi ſerio fierent, grauiora eſſent. Aut igitur litera eſt alſa, aut ſpecificari debet quæ ſunt iſta turpia verba, vel facta, quę ſi cauſa ludi fiãt, reddunt ludum peccatum mortale.

Lib. 1. in ea. Fontẽ omnis eſſe modeſtiæ vt appetitus obediat ratói.

Eodem loco nũc proxime dicto.

¶ Secundum dubiũ eſt circa illud, Exceſſus in ludo eſt peccatum mortale, qñ vtitur aliquis cauſa ludi his quæ vergũt in proximi nocumẽtum. Apparet n. ex hoc, ꝙ quicũq; vtit̃ in ludo actionibus lucroſis, cum hæ vergant in proximi, aut ſuijpſius nocumentum, peccat mortaliter. Et ſi hoc conceditur, ſequitur primo, ꝙ ludẽs ad ſphęram paruam, vel magnam vel ſcachos, interpoſita pecunia à partibus pro victore, peccaret mortaliter, quod durum valde videtur.

4. Ethi. lect. 16.

Lib. 31. c. 31.

¶ Tertium dubium eſt circa peccatũ in ludo ex parte circũſtantiarum, an ſolum propter vehementiã affectus ad ludum, reddatur ludus peccatũ mortale ex circunſtantia. Et eſt ratio dubij, quia hæc ſola cauſa in litera tangitur. In oppoſitum autem vr̄, quia etiam ſine tam vehementi affectu ludere, ratione loci, puta, in Eccleſia, eſt mortale, vt patet extra, de vita & honeſt cler. cap. Cum decorem. Et ſimiliter ratione perſonæ, puta, clerici, ibidem capite, Clerici officia. Ratione etiam temporis, puta ſacri ludi laborioſi, & totius diei conſumptiui, abuti videntur tempore diuinis dicato. Et demũ ratione qualitatis ludi, puta, aleæ omnibus ſub pęna excómunicationis interdicti, vt patet 35. diſt. c. Epiſcopus.

¶ Ad euidentiam horum præmittendum eſt, ꝙ licet author de ludo formaliter tractet, ac per hoc actiones, quatenus cauſa delectationis fiunt, conſideret, nos tamen vt conſcientiæ ſatiſ-

F faciamus, de ludo etiam materialiter, etiam ... ctionis facto tractãdum duximus. Et ideo ... bet, ſi author tam breuis alijs diſputandi camp... reliquit. Ad primum ergo & ſecundum ... quòd author exponit ſeipſum, ſubiungendo ...

verbum illud Chryſoſtomi, eſt intelligendũ de illis, qui inordinate ludis vtuntur, & præcipue eorũ qui finem in delectatione ludi conſtituunt: Sicunt de qbuſdam dr̄ Sap. 15. Aeſtimauerunt eſſe ludum vitã noſtram, cõtra quos dicit Tullius in 1.* de offi. Non ita generati à natura ſumus, vt ad ludum & iocũ G facti eſſe videamur, ſed ad ſeueritatem potius, & ad quædam ſtudia grauiora atque maiora.

Ad tertium dicendũ, ꝙ ipſæ operationes ludi ſm ſuam ſpeciẽ non ordinant̃ ad aliquẽ finẽ: ſed delectatio q̃ in talibus actibus hr̄, ordinatur ad aliquã animę recreationẽ, & quietem, & ſm hoc, ſi fiat moderate, licèt vti ludo. Vnde Tullius dicit* in 1. de offic. Ludo & ioco vti qdẽ licet, ſed ſicut ſomno & gętibus cæteris tunc cum grauib, H ſerijſque rebus ſatisfecerimus.

Articvlvs III.

Vtrum in ſuperfluitate ludi poſſit eſſe peccatum.

AD tertium ſic proceditur. Videtur ꝙ in ſuperfluitate ludi non poſſit eſſe peccatum. Illud.n. quod excuſat à peccato, non dr̄ eſſe peccatum: ſed lud⁹ qñq; excuſat à peccato. Multa. n ſi ſerio fierẽt, grauia peccata eſſent, q̃ qdẽ ioco facta vel nul- I la, vel leuia ſunt ergo vr̄ ꝙ ĩſupabũdantia ludi nõ ſit peccatũ.

¶ 2 Pręt. Omnia alia vitia reducuntur ad ſeptẽ vitia capitalia, vt Greg.* dicit 31. mora. ſed ſuperabũdantia in ludis nõ ur̄ reduci ad aliquod capitaliũ uitiorũ. ergo ur̄ ꝙ nõ ſit peccatum.

¶ 3 Pręt. Maxime hiſtriones in ludo uidentur ſuperabundare, qui totam ſuam uitam ordinãt ad ludendũ. Si ergo ſuperabundantia ludi eſſet peccatum, tũc omnes hiſtriones eſſent ĩ ſtatu K peccati. Peccarent ẽt oẽs q corum miniſterio uterentur, uel qui eis aliqua largirentur, tanq̃ peccati fautores; qđ ur̄ eſſe falſum. Legitur.* n. in uitis patrũ, ꝙ Beato Paphnutio reuelatũ ẽ, ꝙ qdam ioculator futurus erat ſibi conſors in uita futura.

Sed contra eſt, quòd ſup illud Prou. 14. Riſus dolori miſcebitur, & extrema gaudij luctus occupat, dicit * glo. luctus perpetuus: ſed in ſuperfluitate ludi eſt inordinatus riſus, & inordinatum gaudium. ergo eſt ibi peccatum mortale, cui ſoli debetur luctus perpetuus.

Respon. Dicẽdũ, quòd in oĩ eo quod eſt dirigibile ſm rõnẽ, ſuperfluũ dr̄ qđ regulam rõnis excedit. Diminutum aũt dr̄ ſcđm qđ deficit à regula rõnis. Dictũ * eſt aũt ꝙ ludicra, ſiue iocoſa uerba, uel facta ſunt dirigibilia ſcđm rõnẽ; & ideo ſuperfluũ in ludo accipit̃, quod excedit regulã rõnis: quod qdẽ põt eſſe dupliciter. Vno modo, ex ipſa ſpecie actionum, q̃ aſſumuntur in ludũ, quod quidem iocandi genus ſcđm Tullium* dr̄ eſſe illiberale, petulans, flagitioſum, obſcœnum, qñ. ſ. utitur aliquis cã ludi turpib. uerbis, uel factis: uel ẽt his q̃ uergũt in ꝓximi nocumentũ, q̃ de ſe ſunt peccata mortalia, & ſic patet ꝙ exceſſus in ludo eſt peccatum mortale. Alio aũt modo põt eſſe exceſſus ĩ ludo ſcđm defectũ debitarũ circunſtantiarũ, puta, cum aliqui utuntur ludo, uel tpib. uel locis indebitis, aut etiã ꝑter conuenientiã negotij, ſeu ꝑſonæ: & hoc quidẽ qñq; põt eſſe peccatũ mortale propter uehementiã affectus ad ludũ, cuius delectationẽ pręponit aliqs dilectioni Dei, ita ꝙ contra pꝑceptum Dei, uel Eccleſiæ talib ludis uti non refugiat. Qñque aũt eſt peccatum ueniale, puta, ſi aliquis non tantum afficitur ad ludum, quòd propter hoc uelit aliquid contra Deũ cõmittere.

.Mo-

ced.

rium, aut fornicationem, aut quod peius eſt, ... iocus, quàm ludus peccatum mortale eſſet. ... ſimplici vtendo, aut aliquem minus hone... ciendo, vt alijs delectationem ingerat, graue ... dum valde, non tamen mortale ex ſuo genere ... non replicauit ad Epheſ. 5. inter peccata ... cœlorum turpi oquium, cum tamen illud ... nu ..eraſſet tunc peccata. Et per hoc pat... dubij.

¶ Ad ſm dubiũ, quod pp ludum ex cupiditate ...